Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 757
Quelle:
Copyright:

mus. Vide ejus *Dissert. Isag.* T. II. p. 31.

VI. *fol.* 119. Carmen constans versibus 100. quo Poeta commissa plangit, Deique auxilium implorat, hoc initio:

Cum bene perpendo quis sim. mala semper agendo
Nunquam cessando. sed prisca nouis cumulando
Tunc me pręteritę confundit ineptia uitę.
Et lacrimas fundo. sic ore loquens tremebundo &c.

Episcopum fuisse autorem haec, quae de se ait, produnt:

sublimatus per honorem pontificatus.
Cuius bonoris onus multo fero crimine pronus.

Unde in *Marbodum Redonens.* inclino, quamvis *Carmen* nostrum *Beaugendreum Marbodi* cum *Hildeberto Cenoman.* editorem, *Paris.* 1708. f. fugerit, eo magis, quod continuo

VII. *fol.* 121. p. 2. sequitur Carmen *De Jona Propheta Dei:*

Uos qui nescitis nunc discite de niniuitis &c.

quod in edit. *cit.* inter *Marbodiana* legitur *col.* 1579. sed non paucis erratis foedatum, quae *Codicis* ope tollam:

Editio:	Codex:
refer illis propria vera.	*refer illi tristia uera.*
fugiensque desinat ergo.	*fugientis, desinat ergo.*
Nuntius interitus, satis foret undique tritus.	*Nuncius ingratus saxis foret illico stratus.*
Vel gladio stratus.	*Ad gladiumve datus.*
Qui non sibi tutus obedit.	*Qui non huic totus obedit.*
Cur jacet ante minas.	*Cur jacit ante minas.*
medicus, petat ut sibi potum.	*Petat ut medicum sibi potum.*
— — —	*Poeniteatque uolens quę portat crimina nolens.*
sic in æquore.	*sit in ęquore.*
Rursus ima cadit.	*Rursus in ima cadit.*
Cynthia paret.	*Cinthia claret.*
Non paret ulla salus.	*Non patet ulla salus.*
Undique triste sonat.	*Undique triste tonat.*
Cum postmodo sis periturus.	*Quasi non sis iam periturus.*